uerbis in se nuo tamen multis obsequiis. Ut iustus magnitudine uestra
in negotio suo circumstripentium aliquando uideatur superasse
commenta quod restat famulantem salutatione me exhibens me ualere
significo si tamen prospera uestra certis indiciis mihi dispensatio
superna concedat. finit.

ENNODIUS FAUSTO

Prodiuior ad impetrandum uia est quotiens a religioso aliquid exigi
abiectio deprecantis coactus enim praestat affectum qui in miseriis
supplicis mutatur. Non potest adferre obuias manus cui imperat
propositum adflictos audire. perlator praesentium auito se
cespite deflet abiectum quis per suae residuum in uestro ponit
examine ne aduersarii eius potentia de lucro et securitate gra
tuletur. uos legum sacramenta uos defensiores piet̄ sublimis sortiū.
ego partes meas commendatione muniui; Uenerabile ergo nom
augete beneficiis quia dum iusta tribuitis nec illa quae ad miseri
cordiam pertinent post habetis. Domine mihi reuerentiam
salutati accipiens ita p̄cib; meis effectum tribue ut proprium
desideriū dum honesta adseritur possit impleri finit.

ENNODIUS AGAPITO.

Jure responsum multiplicibus posceretur alloquiis si non ingratas
extitisse paginas meas magnitudinis tuae silentium testaretur
clamat enim taciturnitas uestra garrulum dispicere. et nouū
uindictae genus ut opinor inquiret quando se non uidet promouisse
quod siluit. Agnites epistolari abstinentia ne ab inpertitis ad uos
scribta mittantur. ademtus tamen est effectus prouidentiae
uitae profutura a tractatate. crebrior factus sum inscribtione
contemtus. sed breuem sermonem decet exhibere eū qui magna
doluerit. cultorē uestrū fratrem meū panfronium epistolaris
apud culmen uestrū cura comitatur. Cui quidquid gratiae concessū
fuerit me quoque inpensorū uinculis obligabit. cui etiā aliqua deui
cariae dignitate suggerenda conmisi uos petitionē meā ad effectū
p̄ducite quia ad sum partibus meis quotiens apud emendatissimos
hominum cogor subire testimoniū ducertis exhibeo. finit.

UERSOS SCRIBTOS UGELLO UBI FILIUM ARMENIANGELI XPO
OFFERUNT QUI PAENITENTIAM EGIT.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0200